

Conciones, Siue Conceptvs Theologici Ac Praedicabiles, In Omnes Totivs Anni Dominicas

Opvs Novvm Figvris, Allegoriis, Similibvs Ex Sacris profanisq[ue]
Scriptoribus pleniſimum, cum occurrentium fidei controuersiarum
tractatione.

De quatuor Hominum nouissimis - Qvi Qvidem Sacri Adventvs Qvatvor
Hebdomadis accommodati: Sed & Concionvm Fvnebrivm materiam
abunde suppeditant

**Besse, Pierre de
Coloniae Agrippinae, 1620**

Feria 6. post Dom. 1. Aduentus. Proponit ea, quæ moribundis euenire
sole[n]t, corporis nimirum varios dolores, peccatorum acerbam
memoriam, dæmonum horribiles aspectus, ipsiusq[ue]; etiam animæ ...

[urn:nbn:de:hbz:466:1-56226](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-56226)

que nulla non hora, nulla tamen temporis certitudine. Eſſe quoque eandem carnificem mille tormentis & artibus instrutissimam, quæ omni loco, omni tempore, omni momento & nullo non mortis genere, occidat, interimat, trucidet. Viuat igitur, viuat inquā in nobis semper sancta hæc memoria, cæterarum porro rerū recordatio penitus intermitiat, quo hanc horæ incertitudinem, ut pat est, animo insculpamus ac vereamur; animo insculpentes ac verentes, diligēter sollicitantes; nos ad eandem, dum tempus opportunum habemus, & occasio comoda est, disponamus, idque per verum rerum mundanarum contemptum, nostrum ipsorum abnegationem, sinceram ac diligentem vitæ emendationem, ac pœnitentiam opportunam. Hæc scilicet est optima ad semel bene moriendum præparatio, quo corruptibilis vitæ huius formam amittentes, aliam quædam quæ æterna sit ac semper duratura, in anima efformemus, ipsam scilicet æternam beatitudinem, quod nobis omnes sanctissima Trinitatis personæ concedere dignen-
tur. Amen.

F E R I A S E X T A.

DE IIS, QVÆ IN M O R T E E V E-
nire solent:

Partitio:

- I. Quod mors sit horribilissima.
- II. De mortibundi corporis doloribus.
- III. Exempla in idem.
- IV. De tentationibus animæ à Satana.
- V. De Damnonum horribilitate ac violentia.

Memorare nouissima tua, & imprimis quidquid in supra illa hora accidere consuevit, & in eternum non peccabis. Escl. 7.

F I G V R A.

Imperritoris ille ac magnanimus rex Ifac. Saul, cum olim defuncti cuiusdam

ab inferis redeuntis umbram conspexisset, quæ instantem ei & filii mortem denuntiabat, dicens, *Cras tu & filii tui mecum eritis: sed 1. Reg. 27.*
& castra Israël tradet Dominus in manus Philistim; tanto timore perculsus fuit; ut, repentinam illam ex hac vita discessiōnem, fortunæ varietatem, regni ac rerum omnium amissionem, omnia denique quæ tristi illa mortis hora euenterunt sunt, sibi proponendo, confessim emissis viribus, pallore vultum occupante, corde & corpore tremens, in terram corruerit. Ex hac repentina regis confaternatione discant homines, nihil in hac vita reperiri, quod nos magis percellere ac terrere debeat, quam supremam illam mortis horam: horam dico, post quam alia nulla restat, quæque sola præ omnibus horis merito pertinenda sit: horam, in qua mille tentationibus anima concutitur, mille corpus torturis exruciatur, oculis mille spectra metum & formidinem incutientia offeruntur, horam, in qua cuncta sexcentis membris doloribus & cruciatus diuexantur. Latius hæc omnia hodierna concione deducenda sunt: Intellectum tu modo illumina illustrationis tuæ radio sanctissime Spiritus, tuque pro Ecclesiaste intercede Virgo sacratissima nostri apud Unigenitum tuum patrocinium suscipiendo: Tuum igitur unanimes imploramus auxilium, tibiq; flexis genib. recitamus.

A V E M A R I A.

Salomon mortalium sapientissimus ac doctissimus, inque rebus naturalibus quam qui maxime versatus, cum ex professo de tremenda mortis hora loqueretur, nihil eadem in mundo esse putauit horribilium, aut quod maiorem homini terrem, metum ac formidinem incutiat, quam horrendi illius conflictus qui tunc subeundus est, meditationem. Hinc ipse non minus etiam trepidans, alloquitur mortem, *O mors quam amara es! memoria tua homini pacem habenti in substantiis suis, & sub umbra diuitiarum suauiter apricantis?* *Eccles. 42.*

Post notabile hoc sapientissimi Regis apophthegma, Gregorius Magnus aliud non min-

minoris momenti depromptis, ait enim moralibus, *Qui considerat, qualis erit in morte, semper paucus erit in oratione.* Et profecto nihil esse potest efficacius, aut ad Herculea pectora, ad Achilleos animos emolliendos, totumque adeo orbem perterritendum fortius, quam funesta huius horae & casus adeo lamentabilis interim dum viuitur, meminisse: quod historiis quibusdam è sacris volumini bus depromptis notum faciam.

Ez/ai. 38.

4. Reg. 20.

Prima sit hæc. Ezechias rex cuīn graui infirmitate tactus, lecto affixus decumberet, & doloribus vix ferendis affligeretur, mortemque sibi imminentem metueret: adeo ut noti omnes & domestici tam benigni ac benevoli Principis amissione in lacrymas effusi ingemiscerent, i; si quin etiam medici de vita desperarent, Isaiah insuper Prophetam mortem denuntiantem audisset, *Dipone domum tuam, quia morieris tu & non vives, regnum & notos oēs morte præuentus deseres & ad partes apponeris,* hæc inquam, omnia cum videret & audiret, adeo confernatus fuit, vt vultu ad parietem conuerso, lachrymari, suspirare, & ingemiscere cœperit, diuinamque misericordiam precibus & lamentis exposcere, dicens, *Memento queso, quomodo amulauerim coram te in veritate, & in corde perfecto, & quod placitum est coram te fecerim, id est, quid hoc audio Deus clementissime, ecquænam illa sententia, ecquod decretum' hoc mortis in seruum tuum?* heu quamnam in me iustitiam exerceas: flectere obsecro precibus eius, qui fidele tibi haec tenus obsequium præstítit, reque ex toto corde & intimis animi viscerib. dilexit? Recordare quæso quam sincere semper in semitis tuis ambulauerim, & in corde honoris tui sicutissimo coram maiestate tua versatus fuerim? nunquam enim tibi refragatus sum, sed exactissime semper obsecutus; & nihil non feci, quod tibi scirem esse quam gratissimum.

Vera hæc nobis & genuina proponitur imago eorum, quæ vnicuique nostrum in mortis hora in supremo illo confictu, in ultimo illo certamine, necessario ac sine ulla dubitatione euentura sunt, mutato scilicet nomine de nobis fabula narratur. Quod enim ad oculum gesi hic videtur, quod de-

Ezechia referri audimus, certissime quoque nobis euenturum est eadem fortuna, idem casus subeundi sunt, forsitan etiam grauiores, ac formidolosiores. Veniet enim aliquando dies, qua in lecto extensi, doloribus saturati, sudantes, febrium ardore extantes, morbisque grauissimis afflitti iacebimus: veniet dies; qua consanguineos & notos ingemiscentes, domesticos lamentis & ciulari aera rumpentes, lectoque assistentes cernemus, dies, inquam, veniet, qua honores descerere, parentibus valedicere oportebit, & qua sententiam mortis in nos summus ille vindex eiaculabitur, admonens, vt domui nostræ disponamus, ipsa denique nobis mors occultissimastender insidias. Quid porro in nouissimo illo articulo faciendum restat, quam faciem à tam tristi & fugo spectaculo auertendo, eamque, non dico ad parietem, sed ad sepulchrum & vrnam conuertendo, singulis, lachrymis ac suspiriis diuina misericordia supplicare? Quid tum consili capiemus, cum oculos in vitam contaminatissimam, sceleraque olim commissa, quæ tot ac tam grauia fuere, coniicimus, cum regem vita tamen laudabiliter, & cum virtute transacta fietam, adeo consernatum, ac tanto pauore ad solam mortis apprehensionem concussum videamus? Exclamem igitur vere, O diem amatam & horam pertimescendam!

Iob omnium orientalium ditissimus ac lib. potentissimus (quippe quem nonnulli regem fuisse arbitrantur) simul etiam in ærumnis perferendis patientissimus, cum in fimo confidens fortunæ varietatem animo volueret, seque facultatibus & possessionibus spoliatum, filiis ortatum, sanie & viceribus fœtidum, & grauiter à Sarana percussum animaduerteret; lachrymans & gemeps, suumque deplorans infortunium, omnes omnino mortales in sui auxilium aduocauit: lib. 19. *Miseremini mei, miseremint mei saltem vos amici mei.* Tragicus profecto casus hic est, & cothurno dignus, sed qui in amplissimo mundi huius theatro vobis ad spectandum admisis exhibetur, vt hinc vobiscum dispiaciatis, qui gemitus, quæ lamenta, quænam calamitates in nouissimo illo die, in mor- tis

ris inquam articulo soleant ingruere. In illa namque hora, te alioquin opulente, & pecuniose, nudum te, in lectulo velut alterum lob in simario, videbis extensem, omniaibus bonis & facultatibus mox spoliandum, uxore & carissimis liberis orbandum, cruciatibus undique obsesum, doloribus extenuatum, & quod omnium est grauissimum, a crudeli illa carnifice, morte in quam, circum quaque vallatum; adeo ut lachrymatus sis, & omnes amicos in auxilium aduocatus: Misericordia mea, misericordia mea, saltem vos amici mei: succurrite mihi homines, opitulamini amici & noti, consolamini me Angeli, adeste Archangeli, diuinam mihi misericordiam depositae, & eam ipsam mihi propitiata redire. O igitur horam terribilem! O expostulationem lachrymis & lamentis dignissimam!

2. Mach. 9. Non minus quoque terribile est, quod de impio Antiocho Syriae rege, Iudeis infensissimo referunt sacra litterae. hic enim cum varia crudelitatis genera exercuisset, ac dilectum Deo populum graui tyrannie afflixisset; qui viuentera complicit, Deus Israel insanabilis eum & inuisibili plaga percussit: apprehendit namque eum dirus viscerum dolor, & grauissima intestinorum tortura, cecidit adhuc de curru suo, ac membra graui collisione diuexata sunt; adeo ut humiliter de se ipso sentiens, in sella gestatoria in caltra ferretur; manifestam Dei virtutem in seipso contestatus: scaturiunt quin etiam ex impio corpore vermes putidi, & carnes eius viventis etiamnum tabo sanguine diffundunt, ut intolerabilem nemo factorem possit sustinere. O occulta DEI iudicia! cum his itaque malis se a suprema manu imperitum cerneret, corde ad Deum conuerso, oculisque in celum sublati, diuinam supplicem misericordiam implorat, vita sincera emendationem pollicetur: quin et iam votum, remolum sanctum, quod prius nefarie exfoliauerat, amplissimis te donis cumularum, sanctaque vasla multiplicantur, Iudeos in libertatem asserturum, & ipsam Iudaicam Religionem amplexurum. At frustra haec vota fundis impie, mortem

Tom. 4. Biff. Aduent.

instantem non effugies, & bras Dominum a quo misericordiam non es consecuturus: nam diuinam vindictam expertus, mortem quoque brevi experieris. Hanc cum historiam legis, homo, credas velim, apertam hic mortis tua mentionem fieri: credas, inquam, esse te velut regem in hoc mundo a Deo constitutum, ut in cæteras creaturas dominium & imperium exerceas: dictum enim est olim ad proaum tuum eiusque posteros: *Gen. 1.* Domini nipi scibus maiis, & volatibus, aeti, & uniuersis animalibus, quae mouentur super terram. Propone tibi deinde, venturum aliquando tempus, quo te Deus, postquam varias hic crudelitates exercueris, plurima delicia commiseris, superisque bellum moueris, insanabili plaga percutiet: ac runc in lecto, velut in lectica gestatoria, te iacentem, non secus atque impium Antiochum, in medio deliciarum tuarum, videbis; tum te horrore plenum, factore graui circumdatum, & variis afflictum doloribus fenties.

Quid tunc igitur reliquum, quam oculos ad celum conuertere, vitæ prolongationem deposcere, misericordiam implorare, expostulare, lamentari, vota que DEO facere, sed incassum; erit namque necessarium moriendum, & nullo buccinæ signo dato hinc emigrandum. O crudelitatem nulla arte evitabilem! O casum vere deplorandum! O horam nunquam ex animo delendam.

Illa namque est hora, qua ultimus conflictus est incundus; hora, qua atrox mortis imperius exspectandus, hora qua omnibus caris & amicis valedicendum est. Illa scilicet, est dies lachrymosa, dies dolorosa, vere metuenda, dies qua crudelissimum certamen certandum est. Illud est tempus, quo corpus patietur, anima hinc emigrabit, oculi occludentur, frons iugas contrahetur, ac vultus pallorem induet: tempus quo cerebrum vertiginem experietur, lingua balbutiet, cor anhelabit, caput torquebitur, & os misericordiam postulabit. Erit denique tempus, dies, hora, adeo terribilis, ut si eius interdum recordemur, nunquam aliquo delicto diuinam maiestatem

Ecclesi. 7.

offenderemus. Huius opinionis fuit Sapiens, atque hoc eius anima est, quod iam roties repetiuimus, *ke or are nouissima tua*; ac praefertim mortem, & ea quæ in morte euentura sunt; *& in eternum non peccabis*. horam hanc igitur mihi ad dicendum concessam de ultimâ hora formidine agendo impendam; quâ materiam in duas partes diuidam, prima demonstrabo pœnas, tormenta, & grauissimos cruciatus, quos in supremo illo certamine pariet corpus; & altera tentationes, quibus tum oppugnari à dæmonibus confuerit anima; arrigite aures, primam aggreditor.

II.

Psalm. 17.

Regius ille vates, cum tormenta, anxieties, & angustias atque omnia, quæ in fine vita cuenire solent, desenseret, ita de iisdem locutus est, *Circumdederunt me aolores mori* & *pericula inferni insuerunt me*. Scio quidem tortum hunc Psalmum aptum congruenterque ad Christi personam referri, cuius scilicet hoc initium est; *Diligam te Deus fortitudo mea*, & *refugium meum*, & *liberator meus*. quasi diceret, Diligam te pater æternæ in corde perfecto, & quidem toto viâ tempore: tu enim semper fortitudo & robur meum fuisti; tu te protectorem & cornu salutis meæ demonstrasti, idque ab initio quo esse cœpi, quando scilicet per vincentem hypothaticam me Verbo tuo maritasti (sloquitur hic enim in quantum homo). Eritis quin etiam refugium meum & tota spes mea. Nam cum dolores crucis, & pragustati mortis aculei me circumdabunt (more loquendi Hebreis & Prophetis perfamiliari; prateritum pro futuro ponentibus) semper ad te configiam, omnemque spem meam potentia tuæ humeris imponam. *Etiomales iniquitatis consubauerunt me*. Quia si totius mundi peccata, pro quibus me pati necessitate est, in mentem reuoco, mihique velut praesentia propono, tantum cruciatum doloremque intrinsecus sentio, ut anima mea præ tristitia & angore emoritura quodammodo videatur. *Tristis est anima mea usque ad mortem*. Hæc quidem de Christo.

Aut potest hic Psalmus, iuxta sensum litteralem, ad ipsum summum Davidem referri:

Matthew. 7.

Psalm. 57.

delicti namque sui enormitatem & grauitatem exaggerans quamque calamitatem deplorans ait, *ne cum aederunt me dolores mortis*, *& torrentes iniquitatis conturbauerunt me*; *dolores inferni circumdederunt me*, *præcupauerunt me* & *laquei mortis*. Id est, Quod ô benignissime Deus, tui peccando adeo oblitus sum, pœnitit me quam maxime, & tantum idcirco in meipso dolorem & afflictionem intus infecus sentio, ut si dolores mortis cum hisce angustis comparati, ludicri & pueriles esse videantur: ac tanta mihi delicti magnitudo videtur, ut ab eo veluti a rapidissimo quodam torrente ad infernales abyssos me abripi putem: atque ideo haud parum absui, quin ad inferna descendem. Hic notate te velim anima, regis phrasim, ac videre, ut peccata sua torrentes appellent: forsitan ut hinc disceres, peccata plebis ac vulgarium hominum, non nisi riuelos quosdam esse per faxa decurrentes; ac regum ac principum instat rapidissimum torrentium, summis montium iugis per salebris locaque scopulosa descendentium, inundatione & cursu suo violento, integras cum urbibus provincias, regnaque florentissima secum in interitum & exitum abripere.

Verum ut ad lincam redeamus, videtur Omnis hocce loco Propheta duo dolorum mortis peccatum tempore inguentium, genera insitua mortis in mecum.

Primum est, qui è multitudine delictorum olim commissorum nascit. r: tunc enim omnia priora flagitia, velut acies quedam & legio, se se velut ad bellum explicant, tunc quidquid olim actum est, in mentem reddit: atque grauissimos animæ cruciatus, ac nondicam perturbationem adferit, ut ad eorum recordationem ipsa sanguinum numero adimum desperationis barathrum deuoluntur. Vere igitur torrentes iniquitatis appellantur possunt.

Tunc scilicet ô sacrilegi sacerdotes, terræ illæ Simonis animo recursant, tunc concubinus illi infames, ambitions & cupiditates, nullis honoribus aut opibus exaltantes in mentem veniunt; tunc diuinorum officiorum neglectus, locorum sacrorum profanatio, benefic-

DE M O R T E.

beneficiorum prouentus in res inutiles profusi, memoriarum obuersantur, atque oculos velut in acie positi oberrant. Tuac, & iudices iniqui, iniulta iudicia, concussions, expugnatum auro fas, propensiones illarum, & partium fauores auro redempti, repreäsentantur. Tunc & fraudulenti mercatores, cornua exferunt, aut olim exserta iterum proferunt, vñræ illæ voraces, mensura fallaces, detestanda illa iuramenta, ne dicam periuria, & fraudes illæ vobis visitatissimæ. O torrentes rapidissimi! Tunc aduersum vos, & mulieres, agmen explicabunt dilecti illi vanitatum, ineptiarum, luxuum, curiositatum, deliciarum, libidinumque manipuli. O torrentes qui etiam fortissimum quemque in desperationis charybdim trahant!

Corporis dolores non in mortis articulo. Alter porro dolor erit circa corpus, qui profecto non minus id ipsum, quam prior animam, excruciat: erit quippe adeo vehemens, tantoque imperio ingruet, ut miserum hocce corpusculum, animam velut pignus de quo certetur, tandem amissurum sit. Atque ideo Propheta usurpat vocem dñs, vt hinc appareat, horam hanc præcæteris horis doloribus, terroribus & angustiis abundare. Dolores, inquam, quia tunc omnia dolorum genera in aciem prodibunt: tunc quippe dolor erit in corpore, dolor in anima, dolor per omnia dispersus & communis. Dolores insuper, qui omnia depascunt, & quibus membra omnia dolebunt: cor quippe palpitabit, caput dolebit, stomachus turgebit, pulmones vix spiritum suffpetent, oculi caligabunt, manus trement, pedes frigescunt: omnia denique membra extremitos cruciat & dolores sentient. O rem deplorandam! ô miseram sortem nostram! eheu plorantes in hunc mundum ingrediemur, cum laboribus in eodem vitam ducimus, cum doloribus quoque eodem egredi oportet. Vere igitur dolores nos circumdederunt.

Mortis Videor ex hac dolorum multitudine, vt comitatus eos nuncupauit Psalmista, alium adhuc con& potetia, ceptum posse elicere. Colligo hinc namque, mortem esse principem, ne dicam reginam

potentissimam, vt que nunquam nisi plurimi doloribus accincta, velut militibus & stipendiariis stipata, in aciem descendat. Fuit olim tempus, quo non nisi paucissimos in comitatu latrones haberet, morbos etiam paucos, vix villa de causa fortuito, de morte violenta, aut cruciatibus extremis mentionebat. At modo infinitos secum dolores trahit, ac variis infelicitatibus stipatur, vt ita potentiam suam & magitudinem demonstret, atque ita se formidabilem hominibus reddat. Id insinuasse Psaltes voluit, dum dixit: Circumdederunt me dolores mortu. Ecce & alium conceptum.

Iussit olim Ezechielem Deuslatrem superfl. 72. mere, & in eo ciuitatem describere & adornare, quia etiam aduersus eam obsidionem; ac munitiones, velut eandem iam expugnatrices esset, extruere. Quid tu nobis designas, & later, quid representas infelix ciuitas? aliud profecto nihil, quam calamitatem & interitum tuum ô homo. Quid enim es aliud quam ciuitas lateri fragili & arena inædificata, variis toto vitæ tempore casibus atque infortuniis exposita, quæque vndique mortis tempore obsidenda es, tantoque imperio concienda, vt loco tandem etiam invicta cessura sis. Obsidionis huius meminisse videtur idem qui supra dicens: Circumdederunt me dolores mortu. Psal. 17.

In novo etiam Testamento domum corporis templorum arenas in ædificata, at domum facta hoc notatur atque imprudentis: sed ecce frementistrum cōbus ventis, ac fluminibus irruentibus caparatur dem ad terram corruit, atque ingentem domum, a ruinam edidit: Et descendit pluia, & venerunt renæ inæfamina, & flauerunt venti, & irruerunt in do- fificata. Matth. 7.

rum illam, & occidit, & sunt ruina illius magna. Diuinate, Auditores, quid sub huius ænigmatis cortice delitefac. Satis cogitatum est, equidem soluam. Vera hic vitæ nostræ imago cernitur: domus namque stolidi huius arenæ superinædificata, corpus hœc nostrum est, nam dum peccatum aliquod committimus, stolidi ac vere fatui possimus vocari (hoc namq; nomine peccatores appellat Sapiens: Stultorum, id est, peccato- Ecclesi. 1. rum, infinitus est numerus) corpus, inquam, I 2 cineri

cineri & pulueri inadificatum, (sumus quippe puluis, & in puluerem tandem reverteremur;) corpus, quod animæ hujus domus est, at domus, quæ cum semel mortis turbibus impugnata, atque tot dolorum voris, concussa fuerit, protinus ad terram concideret. Eius porro casus erit admirabilis, omnia namque in cineres abibunt. Quæ omnia Vates verbis iam saepius repetitis complexus est: *Circumdederunt me dolores mortui.*

Psal. 17.

At non sine ratione plurali numero extulit, *Circumdederunt;* voluit nimis hoc pacto extremæ huius horæ terrorem exprimere; horæ, inquam, in qua omnes dolorum cohortes vndeque nos obsidebunt, ac circumuallabunt. Tunc, ô homo, vndeque cingeris, obsideberis, ac magno circumfusus imperu circumuallaberis. Neque enim erit illus in corpore vel in anima angulus, cui mors non infiditaura sit, aut oppugnatura. Tunc seil. morbus, vires exeret, idque per symptomata & varia accidentia, tunc dolores ingeminabit, somnum & quietem tibi eripiet, tedium afferet, inquietudinem causabitur, palatum tibi reddet insipidum, malagmata, cataporia, medicamenta varia arcesset. Quibus omnibus nil aliud efficere conabitur, quam loco te & arce perturbare, ac morti latissimum aditum patescere.

Simile.

Et quemadmodum, ut ipsi milites & castrenses melius me norunt, prius tormentis via patefacta est, quam urbs aliqua aarax expugnetur, ac prius muri balistis & arietibus concutiendi, quam liceat irruere. Ita quoque mors, quæ sanguinaria quoddam bellatrix est, arcem illam hominis, id est, corpus, expugnare cupiens, in ultimo illo discrimine & confituendo, dolorum ac morborum quoddam velut vallum exstructum, qui noctes & dies sine illa requie adeo eandem concurrent, eiusque vires naturales, ac partes præcipuas ita arietibus, aranima de victoria desperans, armataque iam expedire ad sui defensionem vix valens, locum traditura sit, ac deprædationi cœllura. Audite oppugnationem, audite &

Psal. 17. expugnationem; *Circumdederunt me dolores*

mortis. O obsidionem maximo cum discrimine coniunctam! ô stragem vere deplorandam!

Ecquænam illa, Deus bone, erit anxietas, ecquæ angustia, tunc temporis nos vndique circumuallabit? Hic seie offeret vitæ piaſenſis amissio, mundi huius derelictio, atque omnium rerum perditio. Hinc sepulchri horror, illinc vitæ adeundæ discrimen, & corporis a vermis depascendi abominatio ob oculos versabitur. Et sane potens ille Persarum ac Chaldaeorum Monarca Balthasar, cum vocem legifer, quæ mortem ei inflanteret, licet fatis obſcure, denuntiatet, (*Mane I hec epharis, id est, regnum tuum diuīsum est, & Medis in prædam datum;*) adeo perterritus & consternatus fuit, ut facies eius repente immutaret, ac renū compages, teste Scriptura, solute. Ab anima mica, quæ modo ad instar reguli alieuius gloriari, infolecis, superbis, idipsum penitus tibi euenturum est, eadem tibi verba in supremo illo certamine repententur, *Diuīsum est imperium tuum, omnia præda ac direptioni expolita sunt,* corpus cedet terra, facultates auidis habebus, atque anima forsitan tartaro. An non igitur in illa hora contremiscet & exalberet? an non tota pavida ae tremens trepidabis, vere igitur exclameni, *O horam per timescendam, horam mille doloribus obnoxiam, mille casibus & discriminibus expostram quæmetiam merito dicete potuisti, ô vates!* *Circumdederunt me dolores mortui.*

Bene, mea quidem sententia, *ais, Circumdederunt, quia quidquid reperiatur aut cogitari potest infelicitatis, miteriae & calamitatis, idipsum hominem tunc circumuallabit.* Sexcentas enim tunc patet malum commissum ac bonum omissum amaritudines, & quis tunc ex dilata pœnitentia dolor orietur? Quæ omnia luculentè describens Augustinus ait: *Cum in extrema agri-^{Sal. 17. ad}dine fueritis, fratres, à quā pœnōsum, à quā frātum lacrymabile erit vobis, pœnitēre, & dolore de frātis malis commissis & bonis omissis?* Quæ tunc conturbatio, quis tremor, ecquæ angustia futura est? David vero totum tunc orbem utri-

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

¶ 47. trepidaturum testatur. *Ips;* inquit, videntes sic admirati sunt, conturbati sunt, commoti sunt, tremor apprehendit eos, hi dolores ut parturient. Ecce iterum dolores, numero plurali.

¶ 42. Eadem pene habet Innocentius Papa tertius libello de contemptu mundi, additque, in ultimo illo certamine miseris homines quadruplici dolore diuexandos: primo tormentis mortis, quando nimis anima cruciatibus, ac tormentis vita, vita huius domicilium deserere cogetur, iuxta verba Psalmista: *Circum dedecorunt me dolores mortuorum.* Secundo, cum omnia sibi vita prioris delicta, quibus infinitam Dei bonitatem adiraundiam prouocauit, ob oculos ponit: *Torrentes iniquitatis conturbauerant me.* Tertio, cum tartareos cruciatus & supplicia illa sempiterna in mentem reuocat, qua iam praesenti te quodammodo incipiet, ut monuisse visus est David: *Et pericula inferni inuenierunt me.* Denique cum horrenda illa dæmonum monstrua toruum minantia, & furias illas tartarea fuligine nigricantes aspectuque tetras, coram alpicet. An non hic quatuor dolores & quidem intolerandi sunt, vere tamen in morte euenturi? O tempus igitur vere peritemendum, & horam in primis formidabilem!

Illa, illa scilicet erit hora, qua anima difficile hoc & perplexum iter, variisque periculis obsecsum perfecte cognoscet, eiusque discrimina nimium quantum perhorrebet: hora, in qua tentationes crescent, diaboli ingruent, atque omnes omnino creature aduersus hominem validius insurgent, & fortiora arma induent: Tunc quoque misella haec anima corpori valedicere, eodem egredi, & arctum illud necessitudinis vinculum disrumpere compelleret: omni spe ablata illius iterum videndi, nisi quando id ipsum in ultimo iudicij die anima subintante, iterum animabitur. Tunc fator illa carissima, dimidio sui derelicto, mundo sola, sine comite, egredietur, ad iter quoddam longinquum, & penitus incognitum peragendum, iter, inquam, quod prius non peregit, ignorans utrum a dæmonibus, vel ab Angelis deducenda sit. Tunc deserenda sunt regiae illæ domus, superba palatia, ac

vile quoddam & angustum antrum subeundum: hic terra nobis strati loco erit, defunctorum crania loco cervicalis, arancarum telæ loco aulæorum, ingens saxum loco straguli, socij & amici futuri sunt vermes ac viperæ. Quis igitur haec cogitans non conturberatur, non ingemiscat, non tremat, aut paueat: quis ad horum recordationem non exalbefcat. Ipse licet veniat Hercules, Cæsar, aut Alexander, quos totus orbis tremuit & insperxit, instar folijs trepidabunt. Quod variis iam exemplis Sanctorum manifestum reddam.

Tradit magnus Hieronymus in vita S. Hilarionis, qui plurimis annis vastam solitudinem incoluerat, omnes mundi delicias perosus, cum dum in extremis esset, & ob periculorum hoc iter toto corpore tremeret ac paueret, his animam esse verbis allocutum: *Egressus anima mea, quid dubitas, egressu quid times?* *Apud genitam annis Deo seruisti, in antris & spelæis habitasti, eremum incoluisti, varia corpus inedia & penitentia emacerasti; & fidele Deo obsequium præstasti,* *Quod adhuc existimes?* Tu igitur, peccatrix anima, quid in illa hora facies, cum vix iusti securi sint, & mortem perhorrescant?

Arsenius anachoreta, magna quoque sanctitatis & nominis, qui temporibus Imper. Honorij & Arcadij eremum illustrauit, cū in agone iam esset, & iter hoc periculorum mente volueret, timere coepit, pallere, & toto corpore concuti: cumque discipuli morienti assistentes hoc viso mirarentur & dicerent: *Quid pater iam times, haec tibi metum hora inicit?* pauens respondit, semper in hoc vixi timore, nunquam hanc horam ē mente deposui, at animo semper inscriptam gessi. Num igitur tu percelleris peccator, cum ipsi anachoretæ vita sanctitate conspicui, qui plurimis delicta lacrymis expiatunt, meruant & contremiscant.

Cyprianus Episcopus Carthaginensis, qui sub Imper. Valeriano circa annum Domini CCLX. martyrio coronatus est, Presbyterum quendam ait, cum in extremis esset,

III.

In vita Patrum.

I. 3. hac.

CONCIO SEXTA

78
hæc ab Angelo qui sibi apparebat, audiuisse:
Pater noster, extre non vultus, quid faciam vobis?
vitam vobis grauem dicitis, & tamen tremi-
tis, cum eadem morte finienda est. Quid
nobis fiet o Angel, ut totus hic orbis exaloc-
scat?

*Liber. 5. hisp.
Angl.*

Venerabilis Beda Anglosaxo, qui circa
Annum Domini DCCXX. sub Leone I sa-
cra in Ecclesia floruit, sanctitatem & do-
ctrinam illustris, Religiofum quendam sui
temporis scribit, cum ad vitæ finem iam per-
uenisset, oculos a mundi huius rebus auer-
tendo, & ad vitam alteram conuertendo,
inferni barathrum vidisse, & paratam sibi in
ima voragine mansiōne: quo viso in tan-
tum ille exhorruit, ut post lamenta, suspiria,
ac gemitus, desperando mortuus sit, atque
ita ad inferna quæ viderat supplicia detru-
sus. O casum tragicum ac lugubrem! O
horam vere metuendam! Quid? non paues
anima, cum tragica hæc argumenta au-
dis?

*Tom. 5. an.
529. Sur.
zom. 1.*
Illustrissimus Cardinalis Baronius, saeculi
nostræ decus & ornamentum Annalium Ec-
clesiasticorum editione celebris, & cum eo
Laurentius Surius in Sanctorum festis, refes-
runt, Fulgentium Ruspensem Episcopum,
qui magno olim Africæ suæ ornamento fuit,
cum ad extrema venislet, ac variis corpus
doloribus animaque tentationibus diuexa-
re, ad Dominum gemebundum inclama-
se, Domine refugium pauperum, & mæstorum
solamen, da mihi hic patiētiā, & postea
indulgentiam. Hæc tecum volvas o ani-
ma mea, & sanctum hunc agonizantem imi-
tare.

Adhæc quatuor illi Christianæ religio-
nis Secretarij, quos communī nomine Eu-
angelistas vocitamus, aliud quid longe nar-
rant horribilius, & quid? Ipsum filium Dei
vnigenitum, C H R I S T U M Dominum ac
Redemptorem nostrum, qui Patri quo ad
diuinitatem, nobis vero secundum huma-
nitatem parerat, sanctitatem tamen & iusti-
tia omnes omnino homines antecellebat;
cum mortem sibi instare cerneret, ad tan-
tas angustias redactum esse, mortisque
apprehensione adeo perterritum, ut præ-
timore ac formidine sanguineo sudore &

quidem spissiore toto cœperit corpore pet-
fundī. Cœpit conuictari & mæstus esse, ait
Matthæus. Tristis est anima mea usque ad Matth. 15
mortem, Marcus. Factus in agonia prolixius Mat. 14
orabat, & factus est sud & eius sicut gutta san-
guini decurrentis in terram, subnec̄t̄ Lucas.
O rem penitus admirabilem! Quis audi-
uit unquam tale? quis de sudore languineo
vel faido intellexit? Ecce strenuus illegi-
gas, de quo tamen in Psalmis legitur: ex-
ultauit ut gigas ad currēdam viam, mor-
tem timer Atlas ille, qui curvata verbo vintu-
tu sui portat, ut ait Paulus, in mortis ho-
ta concutitur, ac tremit: Quid ipse igitur
hic faciam? quid de me fiet? qui in supre-
mo illo duello me geram? si enim meruant
gigantes, quid facient Pigmæi? si Herach-
dæ instar folij trepidant, meticulosi Ther-
ità quid agent? Quid ni? tunc enim, ut
Propheta canit: Circumdat me dolores
mortis, & torrentes iniquitatis conturbant
me.

Quare age, insensate Cosmophile, qui
in viis tuis, velut in deliciis voluntaris, qui
omnis metus expers ac securus viuis, qui
de nullo es anxius, qui altum peccatis in-
dormis de nullo periculo sollicitus, tan-
dem aliquando ad correuertere, oculos fu-
stolle, huic Philosophia incumbe, mortis
interdum reminiscere, de hora eius non
nunquam cogita, ac temporis huius amari
aliquando recordare. Nullus enim in hac
vita conflictus est, nullum certamen, aut
pugna, quæ cum hac comparanda sit. Si en-
im Anachoreta hic trepidat, si viri san-
ctissimi hic metuant, si Religiosi interdu-
hic desperent, si denique ipse Dei filius hic
sanguinem exsudarit, tunc securum pu-
tabis? nequaquam. Sed hoc unum semper
meditare, hoc assidue mente voli, &
certo tibi polliceor, nullum hoc ipso dari
posse frenum validius, quo a peccandore
traharis? Afferit hoc Sapiens, dum ait: Re-
cordare nouissima, quæ tibi quam proxime
imminent, & mortem in primis, ac dolo-
res qui in eius hora subeundi sunt, & in ter-
num non peccabis. Recordare, inquam, do-
lores, qui tunc hinc corpus, & tentatio-
nes spiritus, quæ illinc animam diseruia-
bunt.

DE M O R T E.

bunt; de prioribus haec tenus locuti sumus, de aliis, ut initio proposueramus, iam dicturi sumus.

IV.
Anima
quoque
mōtore
figetur
Lk. 10.
Præter dolores illos ac tormenta, quibus corpus in ultimo hoc conflictu affligi diximus, anima quoque singulari quadam ratione diuexabitur; variæ namque eam tentationes aggredientur; deinceps eratio hic aderit, horrenda spectra eam perterrebunt, ac plurimi eam dæmones obſidebunt. Hæc nimis est hora qua rapacissimi illi prædones eidem insidiabuntur, hic excubias agent, hoc quippe tempore & loco necesse est, ut eam diripiāt: nam, post hanc horam nulla alia supererit. Inſinuare id videtur parabola Euangelica de viatore illo in latrones incidente, quam tametsi alias adhuc me produxisse sciam, diuerso tamen nunc schemate eandem producam.

Homo quidam descendebat à iherusalem in iherusalem, & incedat in latrones, quietam despoliaverant eum, & plagiæ impositi ab eum seminare reliktæ, quem nisi Samaritanus misericordia motus iumento impositum ad diuersorum conduxisset, eiusque haberi rationem iuifisset, de vita eius, ac salute penitus actum fuisset. In parabolæ huius inuolucris semper veram hominis figuram latitare existimauit, qui cum in hoc mundo verus quidam viator sit, & ex hac vita in aliam proficii habeat, in ultima illa mortis semita incident in manus dæmonum, qui eam instar prædonum despolient, corpori quidem varias plagas infligant, morbos immittant, animam vero diversis temptationibus infestent, ut eam semi-animum & extremos trahentem spiritus tandem etiam deferant: adeo ut nisi Samaritanus, id est, Angelus custos, qui eandem tunc potissimum defendet, eius miseretur, in ipso loco mortem oppeteret. Via namque hac omnium quæ pereurrent sunt, & difficultima est & periculofissima, & in qua semper latrones & prædoniæ transseuntibus insidiantur.

Glossa quædara exponens verba illa Genieos, Tu iſiſaberis calcareo eis; addit hæc de ſuo, Calcaneum ſiem hominum significat, ad illum ſemper dæmon attendit, ſemper infidatur. David quoq; quam proxime accedit

dicens, Ife calaneum meum obſtruabunt, id Psal. 55. est, inimici mei tempus opportunum præſtolabuntur, in quo vita infidientur, & maxime tempus illud ultimum, & alibi: Inquisitio calanei metu circumdat me, quæ in mortis potissimum hora me impetrat. O iter perplexum ac formidolosum, prædonibus ac latrociniis infame! quod figura quadam veteris testamenti melius explicabo.

Jacob Patriarcha cum longo temporis Gen. 23. spatio in Mesopotamia in domo idolatriæ Laban commoratus esset, & iam in patriam vna cum uxoris, filiis & gregibus reuerti vellet; ecce profanus Esau, ut frater eius & hostis iuratissimus, magnis copiis instructus, iter eius impedire, aut eum interficere conatur. Veftra mihi id venia mystice liceat exponere, dicere; hominem, postquam diu in hac terra, quæ in medio mari, velut Mesopotamia in medio fluminum posita est, vixerit, & iam mundi huius perfidi & idolatriæ domo egredi festinat, ut in patriam cœlestem, virtutum, bonorum operum ac meritorum gregibus stipatus feliciter conferat: tunc potissimum è Satana profano illo & agresti Esau, oppugnari, qui variarum ei temptationum, quæ sunt velut leuis armaturæ equites agmen ex aduerso opponit, ut in extrema illum pericula coniiciat, aut salutem eius in aliquod saltē discrimen adducat. Egregia profecta figura, quam variis iam historiis exornabo.

S. Martinus Turonensis, cum in extre- Seuerus
mis esset, animam iamiam efflatus, ecce Sulpitius
princeps ille tenebrarum, atque hominum in vita S.
tortor & carnifex, lectulo eius assistens tem- Martini.
tationibus eum variis cœpit oppugnare: sperabat scilicet eum, qui fato vita spatio de se triumphauerat in ultimo illo certamine debellandum, & clam vel aperto Marte expugnandum, sed validus & generosus ille athleta, victoris plurimis nobilis, cum inimicum cerneret, increpans ait: Nil habes in me cruenta bestia, quocirca quantocuyus hinc te proripe & in tenebras infernales demergere. Quamobrem, o anima mea, à Deo gratiâ postula, quæ in monte ea- dem

C O N C I O S E X T A

⁷²
dem præditus esse possis constantia ac fortitudine, simulque cogita, quam ingentia tibi tunc pericula adeunda sint.

Horrēdū. Quis tunc, o cœlum, o terra, non horreat, videre erit aut formidet, cum terra illa monstra, horrīdāmones. biles illa furia, spectra illa terribilia, apparetur? cum dāmones se, ut sunt, videndos præbebunt, quibus tamen nihil esse potest terribilis? quippe quorum aspectus examinare soleat intuentem?

Sanctus Thomas Apostolus, cum efferis ac barbaris Indis Euangelium Christi annūciaret, illique fidem dicitis adhibere deterrarent, diabolum illis retro & horribili aspectu ostendit, oculis nimirum scintillas ignis ejaculantibus, toruo & immani capite, arrectis comis, forma horribili: ad cuius aspectum cum illi percellerentur, signo crucis iussit ut se communirent. vt ita effugatus discederet, ne fortasse p̄æ metu exanimaretur. Deinde

Exempla horrenda. Religiosus quidam, vt in veterum Anchoretarum rebus gestis scriptum legimus, cum in agone constitutus dāmones vidisset aspectu & forma terribili, ita consternatus ac percusus fuit; vt mentis inops, ac quodāmodo desperans, diem derestatus sit quo primum monasterium ingressus est: sed mox vt ad se rediit, ait se tētērīmo dāmonum aspectu perritum in hac blasphemias erupisse, atque tantam eorum deformitatem & horrorem esse testatus est, vt si tota terræ superficies candentibus laminis confracta esset, sibique daretur optio vel per easdem incedere, aut dāmonum iterum formam intueri, extremum hoc supplicium sustinere se malle, quam hanc denuo visionem pati dixerit.

a L. 2. Me-
dit.
b L. b. 1. de de S. Victore de hac dāmonum apparitione scripsisse visi sunt: *Damones terribili & horribili aspectu eam terrebunt, ingenti furore eam persequentur, & comprehendent tam terribiliter, quam horribiliter, volentes eam retinere & possidere, nisi sit qui eripiat: tunc anima inueniens oculos clausos, & os, aliosque corporis sensus, per quos solebat egredi, & delectari in his exterioribus, reuertetur ad se, & vident se solam & nudam, ingenti horrore concusa, de-*

sporatione deficiet in se & caderet sub se. O horam amarissimam, & variis obnoxiam casibus, & a cuius momento omnis nostra salus dependeat! Horam, inquam, in qua laxatishabens dāmones in nostram perniciem & interitum coniurabunt, omniaque delicta longo ante tempore in hac vita commissa, peccatoribus in mentem reuocabunt, quæ tam euidenter illi tunc videbunt ac si libro inscripta perlegerent. An non tunc o P̄falmista, torrentes iniquitatis conturbabunt Psal. 17.

Hæc vobis cum dispicite peccatores, est V. namque certissimum, spiritus illos vetera. In mortis articulo, omnia vobis rotati viæ peccata in mentem reuocaturos, peccata & ob oculos euidentissime posituros. Hic animo ex sp̄s illis toruis ætatis vestra contami-
nari: illi digestis breue quoddam compen-
dium concinabatur, hic omnium vestrorum delictorum catalogus texetur, hic rotati viæ series repetetur. Ut porro maiorem vobis diabolitatem incutiant, magisque vos percellant, & ad imum desperationis barathrum deturber, DEV M clementissimum, velut vindicem quendam fulmine & ira accinctum, singula exactissime disquirentem & diudicantem, rationem ad ultimum vel que quadrantem exigentem, nihilque etiam vel minimum impune dimittentem; vobis depingent.

Tunc perfidi illi impostores, & palpones, qui nihil dum viueretis quam eius misericordiam, indulgentiam, bonitatem concrepabant, mutatis terminis, eius vobis rigorem, furem iram fulmina, vindictam, infernorum suppliciorum acerbitatem grauitatemque, ac diuinam iustitiam severissime omnia castigantem, ob oculos ponēt. Quid inquiet, ob unicum Adami peccatum, Deus rotam eius posteritatem castigauit, ob crimen unum uniuersum terrarum orbem diluio perdidit, vnam ob noxam quinque ciuitates incendio & sulphureo imbre destruxit, ob unum flagitium summus ille vindex proprio non pepercit filio: & tu scelerate, impie, & sacrilege peccator, de mille criminiibus conuicte, quique non nisi mera es ini-
quitas,

quitas, veniam & misericordiam expectabis?
Deum tunc tibi propitium futurum speras?
benignitatis eius tibi sinum patere putas?
Erras, erras, noli in misericordia eius fulte
confidere, qui eius iustitiam non formidasti:
neque enim Misericordiam meretur conie-
qui: qui iustitiam, dum viueret, non expa-
uit. Ecce torrentes, ecce desperatio, ecce
peccata quæ manifestantur, quam verum
igitur Prophetæ oraculum est dicentis, *Tor-
rentes iniquitatū conturbauerunt me*: quod
varius iam historiis exemplisque demon-
strabo.

Ioannes Climacus, auctor irrefragabilis,
de religioso quadam, cui nomen Stephanus,
trem plane horrendam, hic cum
XL annos in deserto commoratus esset, ma-
gnaque inedia ac pœnitentia corpus mace-
rasset, ita ut magni apud omnes esset nomi-
nis, & iam ad vitium vitæ terminū venis-
set, vehementer à diabolo tentatus fuit: cui
cum ille varia obiiceret, ipseque ad singula
responderet, ab astantibus ha voces inter-
dum audiebantur. Concedo, sed tot anno-
rum ieiunio id ipsum esset. Deinde, Verum
est, sed humiliad confessione delui, atque
eius supra modum me olim pœnituit. Mox,
ita est, fateor, feci, sed tanto tempore pro eo
pœnitentiam egi. Denique cum tentatio-
nes inualescerent, atque ille nihil, quod re-
plicaret, haberet; oculis & corde ad Deum
iublato, lachrymabundus ac gemibundus
atque verissimum est, reus sum, quid replicem
nescio, nisi summam esse Dei misericordiam,
inque eius me benignitate omnem spem po-
nere. O torrentes, o tentationes, o verissi-
mum prophetæ Oraculum! *Torrentes iniqui-
tatū conturbauerunt me.*

Idem de alio quadam anachoreta simile
quid refert. Hic cum morti vicinus esset, ac
diabolos lecto circumassistentes videret, co-
rumq; iam impetus diutius sustinuisse, ite-
rum deinde conualuit, sed in tantum repen-
te mutatus est, ut toto viræ tempore nullum
amplius deinde videre voluerit, aut cuiquam
vel verbum loqui, seque angustæ cellulæ
vel ergastulo cuidam includens, duode-
cim ipsos annos solo pane & frigida conten-
sus, assidue lachrymando, pœnitentiamque

Tom. 4. Bess. Aduent.

agendo, & mortis tempus operiendo dixe-
rit. Quid: horrenda hæc exempla, terribiles
illæ historiæ an non vos percellent peccato-
res? si tot sancti generosi bellatores in tan-
tum horam hanc formidariint: dæmonum
aspectum ita expauerint: quid vos ageris,
quod iter insisteris, quo vos confereris?
quomodo vos à periculo, tot malis & piaci-
lis commissis, tot criminum rei, immunes
præstabitis? Hic nempe videbitis torrentes,
malorum oceanos, ac scelerum diluia. Ex-
pertus id erat qui dicebat, *Torrentes inqui-
tatu conturbauerunt me.* Exclamem igitur
merito, ô horam inter omnes horas metu-
endam?

Et profecto hora hæc adeo terribilis & Christus
formidabilis est, ut ipse Dei filius Christus, animam
eiusdem discrimine perspecto, ia medio cru-
cis, atq; in mortis limine constitutus, quam in agone
uis metuendi nulla subellet occasio (quippe commen-
qui de eorum erat numero, de quibus scri-
ptum est, *Illuc trepidauerunt timore, ubi non erat Psal. 15.*
timor,) timere nihilominus voluerit, & præ
timore, velut yifo hoste in insidiis tunc po-
sito, ad patrem clamarit. *Pater in manus tuas Psal. 30.*
commodo spiritum meum: perinde ac si dixi-
set, Aduenit iam pater ultima vitæ meæ ho-
ra, eaque omnium horarum periculisissima,
qua nimur anima corpore egrediens in
alterum mundum perfectionem instituat:
quamobrem eandem tibi serio & ex animo
commendo, inque manus tuas consigno: *Sic*
igitur tutor, protector ac defensor eius, il-
liusque in perplexa & difficiili hac nauiga-
tione director. Expertus id videbatur David
rex cum Christi persona diceret, *Eruet à
framea Deus animam meam, & de manu canis
unicam meam: salua me ex ore leonis.* An non *Isai. 12.*
igitur hora hæc formidabilis est & metuen-
da? Audiamus sanctorum Patrum de eadem
iudicium.

Catholicorum Anglorum decus Ansel-
mus, Cantuariensis Episcopus, qui anno
Domini M. L X VI. sub Henrico IV. Rege
floruit, ita animæ egredientis statum descri-
bit, *A: imam, dum de corpore exit, mox inimici
eius maligni spiritus, qui eam in corpore digen-
tem per anfractus uitiorum, sicut canes leporum
prosecuti sunt, crudeliter adsunt, parati quasi pa-*

K nam

nam rapere, & in mortem eternam precipitare.

Galliae nostrae columen Bernardus & Religiosorum flos, horum huius pericula magis adhuc exagerat; Considera & modo morieris.

Lib. de inter. domo.
38. & Hugo
de S. Vict.

lib. 3. c. 23.

quando gravi aliqua infirmitate vexari. & ad extrema deduci. & ibi ad terram deiecius, inter longas suspiria & difficiles singultus, inter diversos dolores, Optimores animam expirabis, tunc veniet corpus in fallorem, in horrorem, & fatorem, animam vero mox capient Larvales illa facies. & ex omniparte terrebunt eum demones terribiles & horribiles: cogita quis illum defendet, quis consolabitur illum, quis deducet per ignotam regionem? O verba quæ cordictiam ferreo & adamantino timorem incutiant! Horresco referens. Beac igitur de anima in misero illo statu constituta dicere possumus, quod olim in Ierosolyma deserta deplorauit Iermias, Non. si qui o. solet ut eam ex omnibus caris eius: omnes eius amici, quos olim illa perdit, dilexit, caro nimurum, mundus, aliisque plures, dæmonum eam potestati traditam deferent. Hanc igitur horam non metues anima, & nonne merito dixit Psaltes? Circumdeodorunt me dolores mortuus, & torrentes iniquitatis conturbauerunt me.

Ibren. 1.

Psal. 7.

Et merito ille doloribus dici potest circumdatus, qui se in extremo hoc discrimine constitutum animaduerit, qui se hic nudum, ab omnibus derelictum, omni denudatum praesidio, morbis fractū, exsanguem, exsiccum, emedollatum, lecto affixum videt, qui mortis in se præludia experitur, genas nimurum concidentes, eomas subrectas, linguam nigratatem, & candelam sacram manu iam tenet, mortis ictum iamiam operationes; & qui omnia prioris vita peccata aperiissime ante oculos cernit, ac dæmonum cateruis se circumuallatum intuetur. Dic rohi, obsecro, anima, cum in huiusmodi statu constitutam cernes, quid factura es, quod te vertes, quo horrore concutieris, quo te confieres? Ad mundum redire: nos licet: progrederi ulterius: horrendum est: in eodem statu permanere: non poteris. Quid igitur agas potius, quam cum regio Prophetæ claram, Circumdeodorunt me, &c.

Huc non parum conducere videbitur quod in Genesi de Isaac legimus. Annon ob-

seruasti & sacratum litterarum studiorum, quæ in angore Isaac fuerit, cum pater eum super lignorum frue colligatum teneret, Deo, iamiam victimam offerendum, ipseque strigum gladium suis imminentem ceruicibus cerneret. Quocumque enim se verteret, timendi aderat occasio: supra namque nudatum mucronem, inferne ignem videbat in ualecentem, qui in cineres eum debebat redigere: nemo ad latus aderat qui fertet supprias, omniq[ue] prouersus præsidio erat destitutus: serui enim qui paternis eum manibus eriperent potuerint, ad montis radicem remanserant. Pedes adhæc & manus vinculis costriciti erant, ita ut nulla evadendi, aut lese aduersus patrem defendendi spes supereret. Ecquo eum inquam timore correptum putatis, cum in hoc rerum statu versaretur? At maior profecto esse debet augor animæ in mortis articulo constitutæ, cum in similes, atque etiam longe maiores, se redactam vider angustias. Corpus enim sexcentis morbis & cruciatibus velut, vinculis quibusdam in lecto vinculum iacebit, & in quodcumque oculos latus cōuerterit, nihil inueniet quod non ingentem terrorem inculsurum sit. Si enim sursum respiciat, videbit vindicem illum diuine iustitie gladiū, si deorsum, certe sepulchrum patens, à latere habebit dæmonum cateruas, manus ad hæc & pedes stictissime ligatos sentiet; neque enim tunc de penitentia ageda, de bonis operibus, deque promerendo sermo erit: insuper quod omnium miserium est, ipsi calites, qui superetas ferre & auxiliari possent, procul absunt, nec adesse quidem dignabuntur, quieti nimurum in montibus illis æternis, manentes. Audi anima: ps in diluvio aquarum multarum: in diluvio inquam calamitatum, & miseriarum, ad te non approximabunt, vt si quis te apud Deum intercessione ac precibus, vti olim quidem fecere, adiuuent.

Cum Noachi casum proprius inreor, sapem, ecum tacitus demiratus sum, quia in angustia pius ille Patriarcha, cum diluvij minas & rabiem ante oculos cerneret, versaretur. An non enim merito timeat, qui lignæ arcæ inclusus inter animalia ferociissima, humanoque cruento, pasci solita commoratus.

Gen. 6. 7.

Caro.

D E M O R T E.

celo adhæc imbrem continuo magna in abundantia emittente, terra vero sub diluvio gemiscente, ipse nonnisi duobus à morte digitis remotus? At longe maior mihi vniuersus cuiusque videtur timor sub vita finem inq; mortis articulo futurus: neque enim runc aliter anima corpori huic mortali inclusa erit, quam Arcæ Noachus, sentiet namque sursum cœlum iratum, quod varias ob varia peccata minas intentabat: deo sum infirmatum: dolorum ac suspitorum diluvium, in quo illa iactabitur, ita ut mentito dicere queat: *Elenauerunt flumina fluctus suos.* A late-re plurimæ adstabunt beluae, & furiae, varij, inquam, diaboli, qui sepris eius insidentur, circumantes quomodo inclusam animam ducent. O horam fatalem! horam doloribus referam, horam quam omnes mature velim perpendere: Ita namque fieri, ut à peccando abstineant, consiliumque Sapientis sequantur, dicentis: *Memorare nouissima tua, & in eternum non peccabu.* Horam, inquam, qua nulla inter omnes vitæ nostræ horas est periculosior, hora, in qua omnes prauos affectus exuendo, omnibusque negotiis vale-dicendo, cum Propheta dicendum est, *Conuertere anima mea in requiem tuam, quia Dominus beneficit tibi:* conuertere, inquam, à mundo à creaturis in Deum, in æternam illam requietem, in quam, disponente ita Domino, rapiens: quam obrem enixe ab eodem postula, ut te in suprema illa lucta egredientem benignè suscipiat.

Agite igitur, Auditores, qui morti huic viuitis obnoxij, & quibus hora hæc aliquando euenerit, eiusdem nolite oblitisci: at cogitate vobis cum, quot mortem dolores comitentur, quot ei mala adhærescant, quot ei pericula & discrimina annexa sint, ac præfertim morti eorum qui variis Deum pecca-

tris ad iracundiam prouocarunt, de quibus Psalmographus locutus ait: *Mors peccatorum Psal 37.*
pessima: quod explicans Bernardus dicit: Ma-la quidem in mundi amissione, peior in earum separatione, pessima in vermis ignisq; duplice con-tritione. Hæc igitur in mentem reuocate, hæc nunquam vobis excidant, & ita in æternum non peccabitis.

Et sane, ô Domine Iesu Christe, kominū Redemptor, dignum & iustum est, ne dicam necessarium, vnicam hanc de supra hora cogitationem cæteris cogitationibus anteponere, ut ita cruciatus, angustias & tormenta, quæ in illa potissimum inualescent, perspecta & cognita habeamus. Illa nimium est hora, postquam alia nulla est, hora doloribus ac lamentis referta, hora lachrymas ac suspiria producens, hora, in qua præter aculeos quos morbi infligunt, tentationes quibus nos dæmones infestabant, suspiria quæ à doloribus proficiscuntur, mundus quoque nos oppugnabit: erit namque tunc graue, opes, delicias, amicos, honores & dignitates in æternum deserere. Quanti igitur momenti est huius horæ meminisse, cum hæc hora sit, in qua nos inimici & quidem armati prestatolantur: in qua omnem industriam, verfutiam, artes quoque omnes diaboli ad nos oppugnandos adhibebunt, cum hæc denique hora sit, in qua plenissime anima sciet, quod præmium acceptura sit, vel quæ tormenta perpessura, hora, inquam, qua vel plenam victoriæ obtinebit, vel rotum, quod hæc tenus lucrata est, amittere: vincenti autem merces quædam regia, id est, vita æterna, velut in pignus propofita est, qua nulla maior aut excellentior haberi queat, qua

nos beent Pater, & Filius, & Spiritus sanctus, AMEN.

†

K 2

SABBA